



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

LXIX. S. Bonifacius IV. Anno Christi 608. Phocæ Imperatoris. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

LXIX.

S. BONIFACIUS IV.

ANNO CHRISTI 608.

PHOCÆ IMPERATORIS 7.

Bar. an. 607. §. 1. **B**ONIFACIUS IV. Joannis Me-
 Pag. 9. dici filius, ex Valeria Civitate
 2. 3. Marforum, anno 608. VIII. Kal.
 Septembr. Bonifacio III. substitutus
 est. Is *Pantheon* in cultum Deorum
 omnium à M. Agrippa Augusti ge-
 nero extructum, Phoca concedente,
 in honorem B. M. Virginis & om-
 nium Martyrum Deo consecravit,
ut ubi quondam non Deorum, sed dæ-
monum cultus erat, ibi deinceps omni-
um fieret memoria Sanctorum. (1)
 Idem advocato Romæ Concilio com-
 pescuit Monachorum hostes, qui eos
 licet Sacerdotio initiatos arceri vole-
 bant ab Sacramentorum administra-
 tione. (2) Decessit Nonis Maji an-
 no Chr. 615, & sexto, *menfe octavo,*
 Pag. §. 2. *die duodecimo,* quàm Pontifex creatus
 erat.

ANNOTATIONES.

(1) Paulus Diaconus de Gestis Longobar-
 dorum lib. 4. cap. 37.

Ee

Ecclesia hæc nunc quoque visitur Romæ, diciturque *Rotunda* ob ædificii formam.

Baronius in Martyrolog. Rom. Kal. Novembr. *Ut omnium simul Martyrum unâ eadêmq; die celebritas ageretur, ex Bonifacii Papæ institutione Romæ est sumptum exordium. Postmodum verò, quod Romæ tantum peculiariter agebatur, Gregorius Papa IV. cæteris Occidentalis Orbis Ecclesiis faciendum præcepit.*

(2) Extat decretum apud Gratianum 16. quæst. 1. cap. *Sunt nonnulli* 25. apud Labbeum tom. 5. Conc. pag. 1618.

LXX.

S. DEUSDEDIT.

ANNO CHRISTI 615.

HERACLII IMPERATORIS 6.

DEUSSDEDIT Romanus anno Bar. an. 615. §. 1. XIV. Kal. Novembr. Bonifacium IV. excepit. Pag. §. 6. Subdiaconusne fuerit, an Subdiaconi filius, minus compertum est. (1) Eximia ejus sanctitatis, quia, scriptorum inopia, plura non possumus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo conjici poterit, quam charus Deo fuerit. Bar. an. 615. §. 8. Cum enim elephantate

U 3

Romæ